


# DECREE

Sacra Congregationis Visitations Apostolicae S.D.N. Urbani diuina prouidentia  
Papa VIII. constituta, contra Religiosos, & Ecclesiasticos quoscumque  
quaestuolas artes exercentes pro secularibus.



V M non deceat eos, qui diuino ministerio adscripti sunt, in secularibus negotijs nimium esse impli-  
catus quaestuolas artes exercendo Sacra Congregatio Apostolicae Visitations ad tollendos varios abu-  
sus, qui in diuersis Vrbis, eiusque districtus Monasterijs irrepererunt, dum ijdem Religiosi per se, vel  
à Communiatibus, aulajis secularibus requisiti diues mechanicas, seu venales artes exercere student,  
quod omnino ab Ecclesiastica disciplina alienum esse debet, cum praesertim in graue hoc artium, & paupe-  
rum Artificum, eorumque familiarium in Urbe, eiusque districtu existentium praedictum cedat.

Statuit, decreuit, atque inhibendo mandauit omnibus tam superioribus quoruncumque Ordinum, vel Con-  
gregacionum, Monasteriorum, Conuentuum, Collegiorum, Domorum, ac locorum Regularium in Urbe,  
eiisque districtu existentium, quam particularibus Religiosis, & Ecclesiasticis quibuscumque, ne impostrerum, siue Re-  
ligionis nomine, siue particuli audeant, & praesumant per se, vel alios exercere in suis Conuentibus, aut subiungant  
loco vilam venalem artem, siue Aromatariam, Pistoriam, Lanificium textrinum, aut alias quamlibet praeterquam pro suis  
Religiorum, aut Alumnorum vibus, nec vlo modo secularibus, aut alijs Religiosis, & Ecclesiasticis, pharmaca, Panem,  
carnes, aur alla quælibet opifcia quomodocumque elaborata, & ornata vendere etiam praetextu amicizie, & familiaritatis,  
abique speciali licentia in scriptis obnenda etiam ab ijs Religiosis, quibus ex particuli sua Religionis instituto id alias licet.  
Si quis vero ipsorum aliquid contra hoc decretum quoquomodo facere, vel moliri praesumplerit, ipso facto pænam suspensiois à  
diuinis, priuationis omnium officiorum, que runc obtinebit, ac perpetuae inhabilitatis ad alia de cætero obtainenda, vocisque  
actiue, ac passiuæ abique alia declaratione incurrit.

Et nihilominus contra eos Generalis Thesaurarius procedat tamquam contra illicitos negotiatores, confiscando omnia lucra, &

capitalie, ad dictas artes, & opifia spectantia.  
Non obstantibus, quoad supra scripta omniꝝ, & singula in praesenti decreto contenta, Constitutionibus, & ordinationibus Apo-  
stolicis in fauorem quaruncumque personarum, atque Ordinum, siue Congregationis Calenensis, siarrum Prædicatorum,  
Societatis Iesu, Minimorum, aur aliorum quoruncumque, tam Mendicantium, Congregationum,  
Societatum, ac cuiuslibet alterius instituti, etiam necessario, ac in individuo exprimenti Ecclesiastarum, Monasteriorum, Con-  
uentuum, Collegiorum, & aliorum quoruncumque Regularium locorum, necnon illorum etiam iuramento, confirmatione  
Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus, etiam immemorabilibus, priuilegijs quoquæ, indul-  
tis, & literis Apostolicis, quibus quoad ea, que praesentibus aduentantur, illis alias in suo labore permanuris, Sacra Congre-  
gatio Sanctitatis Suæ auctoritate specialiter, & expresse derogat, cæterisque contrarijs quibuscumque.

Et ne praemiforum ignorantia à quoquam prætendit posse, voluit eadem Sacra Congregatio, vt praesentes ordinationes in Valuis  
Baflicarum Sancti Ioannis Lateranensis, & Principis Apostolorum de Urbe, & in acie Campi Floræ, vt moris est affixæ, omnes  
ad quos pertinet ita arctent, & afficiant, ac si vnicuique personaliter intimare fuissent. Vtque earundem praesentum tran-  
sumptis etiam impressis, manu alicui Notarij publici subscrispis, & sigillo Personæ in Dignitate Ecclesiastica constitutæ mu-  
nitæ, eadem propriæ fides adhibeatur, que praesentibus adhibereur, si forent exhibitez, vel ostense. Datum Romæ die 29. Au-  
gusti 1637.

I.B. Episc. Cam. Vicefg. & Secret.

*Dis. & Ann. supradictis affixum, & publicatum fuit supradictum decretum ad Valvas Cam. Apost. & in Acie Campi Floræ, & alijs locis solitis, & con-  
iuncti, ut noscatur, per me Petrum Paulum Desiderium Apost. Cursivem.*

*Oderunt Tribunales cuiuscumque Provinie Ap. Officio No. 1*

*Pro D. Magistro Cursivem Andreas Scalmaus Curs.*